1147 ducis,[4] qui exul in Theutonicis manebat partibus, audiens fratrem[1] suum, ducem Boemie, tam longam viam arripuisse paternum ducatum affectans Boemiam cum suis, quos habebat, intrat et dulcibus verbis et promissionibus, quos poterat, sibi allicit. Quod cum domno Theobaldo fuisset relatum, diversas insidias, ut eum caperet, ponit. Ad ultimum illum in quadam villa ultra Uzdic[2] cum magna militia de nocte circumveniens et tandem in quadam curia captum Pragam deducit, et in turri maiori et firmiori positum usque ad ducis Wladizlai adventum custodibus fidelibus tradidit.

1148 Anno dominice incarnationis MCXLVIII° rex Conradus et Ludwicus, rex Francie, de expeditione, quam contra Turcas habuerant, plurima militia suorum ferro perempta alia a Turcis) captivata ad propria redeunt.[3] Nec mirum, etenim frangit Deus omnem superbum. Predicti namque reges cum uxoribus suis aliique barones consortia mulierculatum non repudiantes talem viam arripuerunt, ubi plurime Deo abhominabiles oriebantur spurcicie. Non autem bene conveniunt nec in una sede morantur[5] arma bellica et mulierculatum contubernia.

1 fol. 79 p. II

übergeschrieben?

(10 übergeschrieben statt ~~[illegible]~~ declinantes?

[illegible]

5) Ov. Met. II, 846: Non bene conveniunt, nec in una sede morantur Majestas et amor.

1) vgl. oben S.

2) Zditz bei Beraun, südwestl. v. Prag.

3) Ludwig und Konrad III. kehrten beide erst 1149 zurück

4) Sobieslaus (II.), Sohn des Vorgängers und später (1174–79) Nachfolger Wladislaws.